

in nostris provincialibus statutis sub titulo de ma. et obe., item cum aliquis, legitime sit statutum, ut cum aliquis nobilis iustitiarius sive laicus quicumque depraedatus fuerit alicuius ecclesiae bona, capellani castrorum, rectores et plebani locorum in quibus praeda servatur quam primum hoc sciverint, etiam non expectato super hoc alio superioris sui mandato, a celebratione abstineant divinorum sub poena excommunicationis, quam non tenentes statutum huiusmodi incidunt ipso facto. Quia tamen laici et invasores praedicti diversis quaesitis coloribus et fucatis mendaciis per eorum exquisita fraudulenter ingenia sub forma iustitiariae potestatis se excusare nituntur, dictumque statutum efficitur ludibrio et crimina contra utilitatem publicam remanent impunita, cum tamen ex privilegiis divorum imperatorum regum et principum propter personarum delictum bona ipsa obnoxia non existunt, nos igitur huic morbo et his fraudibus salubri cupientes obviare remedio, nostri capituli et aliorum sapientum communicato nobis consilio hac synodali constitutione praedictum statutum quoad personas malefactorum ac dantes ad praedicta auxilium consilium et favorem poenaliter duximus extendendum. Statuimus itaque, ut quicumque bona ecclesiastica, quorum nomine bona mobilia et immobilia etiam rusticorum ecclesiae censualium in quibuscunque rebus consistant intelligi volumus, etiam sub praetextu iustitiariae potestatis invaserit occupaverit abegerit receperit et receptaverit, simili poenae subiaceant ipso facto, ita etiam, ut in ipsum vel in ipsos depraedatores invasores et occupatores excommunicationis sententiam in dei nomine ferimus in his scriptis, mandantes omnibus praesidentibus supradictis et eorum locatenentibus, ut ad requisitionem spoliati et iniuriam passi postquam de hoc coram eis per duos testes docuerit vel alias per evidentiam facti aliquos tales esse constiterit, ex tunc ipsos spoliatores invasores et occupatores in suis ecclesiis taliter excommunicatos publice nuntient et nuntiarum procurent. Et nihilominus ad quascunque parrochias devenerint et in quibus morantur, similiter cessetur realiter a divinis tamdiu, donec a nobis aliud receperint in commissis. Nos enim absolutionem talium et discussionem depraedationum huiusmodi nobis dumtaxat specialiter reservamus. Datum Pragae anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.LXXXV<sup>o</sup> die XVIII. mensis Octobris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem zerbrochenen Siegel des Erzbischofs an einem Pergamentstreifen.

Balbin. Miscell. hist. Dec. I. lib. VI. p. 117 f.

### No. 695. 1385.

*Burggraf Albrecht von Leisnig tritt dem Bischof das von diesem über das Vorwerk und Dorf Grellehayn empfangene Lehn für 25 Schock Gr. ab, die ihm bereits gezahlt worden.*

Wir Albrecht von Lißnik bürcgraue bekennen vor vns vnde alle vnser erbin vnde nachkomen vnde thûn kûnt allen den, die diesin brief sehin horin adir lesin, daz wir mit gûtem vorrathe der vnser vnde wolbedachtim mûte durch sündirliches nûczczis willen vnser vnde vnserre erbin vnde ouch obgedachtin nachkomelinge dem erinwirdigin in gote vater vnde herrin herrin Nyclawsen, allen synen nachkomeligen